



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

III. De Patriarchis, Primatibus, & Archiepiscopis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](#)

*tro Confess. p. 1. q. 3. cit. Azor q. 19.
& Diana resol. 5.*

Deinde, duobus in discordia ele-
ctis & contendentibus de Pontificatu: &
quod Fidelium in duas partes scismorum
una hunc, altera pars alterum sequatur,
utroque in qua posse exsistere,
ad Schisma ex eoque impudentia mala
avertenda Cardinales Concilium cogere
possunt: cuius autoritate de certo &
universali capite Ecclesia provideatur,
Jacobat. de Concil. lib. 3. art. 1. n. 574.
Manfredus de Cardinalibus p. 1. cap. 31.
& alii apud cit. Barbofam cap. 4. n. 76.
& Diana Resol. 62. s. Eft tamen, hu-
jusmodi Concilia, licet propter defec-
tum Papalis authoritatis, aliquo modò
imperfecta sint, tan. Concilia 6. dis. 17.
pro venerabilibus tamen & Jure coactis
conventibus habentem, cum Ant. Perez
in Pentateuch. Fidei Tract. 3. de Concil.
cap. 8.

38. Demum, in Conciliis Papæ autho-
ritate congregatis Cardinales, etiam qui
Episcopi non sunt, vocem five suffra-
giūm, non Consultivum duntaxat, sed De-
cīsum, perinde ut Episcopos, habere,
cum Suarez de Fide dis. II. f. 1. n. 17.
Perez cit. cap. 8. n. 8. & alius docet idem
Diana Resol. 3. & praxis recentiorum
Conciliariorum, præsertim Lateranensis:
cujus decretis, sicut Episcopi, sic etiam,
imo ante istos subscripterunt Cardinales.
Ratio est; quod etiam isti succedant lo-
co Apostolorum: &, sicut hi, antequam
predicandi Evangelii causa per universum
Orbem dispergerentur, B. Petrus, sic Car-
dinales istius successoribus assistunt & in
negotiis arduis Consiliarii sint & adju-
tores; & propterea à S. Bernardo ad Eu-
genium scribente Seniores populi & Or-
bis judices nuncupentur: partim vero;
quod eorum authoritas & officium non
tantum propriam sui Tituli vel Ro-

manam, sed vel maximè universalem
Ecclesiam spectet.

ARTICULUS III.

De Patriarchis, Prima- tibus, & Archiepiscopis.

S U M M A R I U M.

39. Hi Ordinarii Judices Ecclesiastici
sunt.
40. Inter eos eminent Patriarche:
41. Quorum Majores hodie quatuor:
42. Olim duo tantum erant.
43. Minores varii sunt.
44. Majorum potestas.
45. A Minoribus solo nomine differunt
Primates,
46. Aliquam potestatem obtinentes in
Metropolitano.
47. Archiepiscoporum etymon,
48. Et excellētia supra Episcopos.
49. Potestas eorum in subditos proprie-
tates.
50. Et in Episcopos suffraganeos:
51. Quorum officii executionem pro-
movent,
52. Negligentiam aliquando supplent,
53. Synodus convocant,
54. Et de causis Episcoporum, olim etiam
Criminalibus,
55. Hodie saltē de Civilibus cognoscunt.
56. In suffraganeorum subditos proce-
dunt casibus Jure expressis:
57. Cum ad ipsos provocatur:
58. Cum visitant Provinciam;
59. Cum notoria crimina & corruptela
sunt,
60. Vel causa inter Episcopum ejusque
subditum agitur;
61. Cum Canonici cessant à Divinis.

62. *Iisdem casibus in subditos Archiepiscoporum procedunt Primate.*

39. **O**rdinarii Judices Ecclesiastici post Papam vel maximè & stabili- ter sunt Praelati Ordinis Episcopalis, Patriarchas, Prima- tes, Archi- & Episcopos complectentes, can. Cleros 1. pr. V. Ordo verbis dicitur, 21. & Concil. Trident. Sess. 23. cap. 7. §. Ne verò de Ref. Ex quibus trium priorum hōc: postremi verò sive Episcopi officium & potestatem, sequenti Articulō exponemus.

40. Patriarchae itaque vocabulō Græcō, sumnum Patrem sive Patrum & Episcoporum Principem denotante, can. V. cit. veniunt dicti Ordinis Praelati omnibus non unius duntaxat Provinciæ, sed totius Regni vel Imperii Episcopis, & ipsis quoque Archiepiscopis præpositi; ut ab his graviorum Religionis negotiorum summa ad ipsos deferatur, can. Urbes 1. dicitur, 80.

41. Forum aliqui Majores, alii Minores hodie vocantur. Majores & primarii post Romanum Pontificem, Basilicæ Lateranensis Patriarcham, can. 1. pr. dicitur, 23. & ceterorum Patriarcharum Principem, c. Antiqua 23. de Privilegiis sunt quatuor, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus, can. Renovantes 6. & can. fin. dicitur, 22.

Neque obstat; quod ab Isidoro V. Ordo verbis cit. & à Nicolao I. ad Consulat Bulgar. cap. 92. prater Romanam duas tantum Sedes Patriarchales, Antio- chenam & Alexandrinam referantur; quia intelligendi sunt secundum tempora antiquiora, quibus Romani Pontifices in electionem Sedis Constantinopolitanæ & Hierosolymitanæ ad dignitatem Patriarchalem nondum consenserant, & pro veris Patriarchalibus tantum habebantur

Sedes, que ab ipso B. Petro, ut Ami- chena primū, deinde Romana: vel ejus nomine, ut à S. Marco Evangelista Alexandrina, sunt institutæ, Barbola juxta Eccles. Lib. 1. cap. 6. n. 13. & 19.

Minores dicuntur, qui inter Latinos sedis Apostolicæ indulgentiæ & in- veterato uero Patriarchale nomen obtinuerunt & hodie retinent: ejusmodi sunt Patriarchatus Aquileiensis, can. Nunc verò 9. q. 3. occasione alicuius Schismatis sub annum Christi 570. erectorum Gradensis in Istria, can. Erubens can. 1. dicitur, 32. &c. Ex literis 29. de Offic. dicitur, proper aëris intemperiem à Nicolo V. Anno 1441. translatus Venetias, Rabili Urbe Venetiarum Patriarchatus appellatus: quibus Indianarum sive novi mundi Paulo III. erectorum, & post hunc Etiopia Patriarchatus acceperunt, cit. Bartol. fa. a. n. 40. ubi sedes Bituricensis in Galilia, Toletanam in Hispania, Canticensem in Anglia & Pisanam in Italia, quas aliqui Patriarchales vocant, Primitiblibus accentet n. 44.

Ceterum Patriarcha Majores cit. supra ceteros Episcopalis Ordinis Præ- positi, sicut dignitate, sic etiam potestate & jurisdictione multum eminebant: & imprimis quidem ad ipsos Archi- & Episcoporum graviora negotia & magis causa (salviā tamen in omnibus auctoritatibus sedis Apostolicæ) deferabantur, can. Urbes cit. Deinde ab ipsis, à famo- mo Pontifice jam Palliō donatis, subiectorum Provinciarum Metropolitanarum Pal- lium recipiebant, c. Antiqua cit. & ab istis, iisque etiam præteritis ab Episcopis quoque ad eos (salviā tamen appella- tionibus, ad sedem Apostolicam inter- positis) poterat appellari, c. cit. De- num Ordinarii judices erant Archi & Episcoporum, ut ex justa causa istos po- tuerint deponere, arg. can. Mors ant- quu 6.

quæ b. junctâ Glosâ V. Parilis disf. 65. chiepiscopos non exemptos, ean. Si clericus 11. q. 1. cit. Azor cap. 36. q. 3. & can. Quid suspicti 3. q. 5. Olim, inquam; quia hujus ipsorum potestatis, an & in quos hodie usus sit, & post eorum provincias ab Infidelibus occupatas, esse possit, non appareat.

45. Patriarchis Minoribus adeo affines

sunt Primates, ut utrōque nomine eosdem: illō quidem à Græcis, istō vero à Latinis appellari; ac proinde eos nomine potius & titulō, quām officiō ac potestate differre, non immeritò velint Azor p. 2. Inst. lib. 3. cap. 35. q. 2. & Barboſa de Offic. & Poſt. Epifc. p. 2. Tit. 1. cap. 6. n. 8. cūm, ſicut Patriarchæ faltem minores, ſic etiam Primates videntur Archiepifcopi obtinentes Metropoles potentiores & maiores, ut ſunt in Germania noſtra Olim Magdeburgensis, hodie Salisburgenſis; in Hispania Tolentanus; in Gallia Bituricensis, Lugdunensis, Arelatenſis, Viennensis; in Italia Pisanus, Gnesnenſis in Polonia, in Hungaria Strigonienſis, Cantuarienſis in Anglia, in Scotia Archiepifcopus S. Andreæ & in Hibernia Armacanus, Barboſa cit. cap. 6. n. 9.

46. Minoribus autem Patriarchis & Primatibus, licet minor quām primariis ſeu Majoribus, aliqua tamen jurisdictio competit in Metropolitanos & Epifcopos ipſis ſubjectos; ad illos enim, tanquam proximos ſuperiores pertinet confirmatione Archiepifcoporum, ſedi Apofolicae immediate non ſubjectorum, Hostiensis in Summa de Eleſt. n. 27. & ab Archiepifcopis cauſe deferuntur per appellatiōnem, can. 1. disf. 99. & propter illorum negligentiam in collatione fit devolutio beneficiorum Ecclesiasticorum, arg. à contrario c. Licet 3. de Suppl. neglig. ibi, Quid Archiepifcopus alium Superiorē rem non habeat ad vos devoluta: & de- mū deferuntur querelæ aduersus Ar-

chiepiscopos non exemptos, ean. Si clericus 11. q. 1. cit. Azor cap. 36. q. 3. Alia, quæ poſſunt, ex ſpecialibus ſingulorum privilegiis & receptis Conſuetudinibus ſunt defumenda.

47. Archiepifcopus, à Græco vocabulo

ἀρχιεπίσκοπος, ſummum five Principe signi- cantem, can. Cleros cit. V. Ordo verò cit.

dicitur Praefatus Ordinis Epifcopalis, quā

alicujus Provincia Epifcopis omnibus

priestē & aliō, uſu non minus receptō,

nomine vocari ſoleat Metropolitanus, à

menſura five numero civitatum, V. cit. vel

potius à Metropoli, five præcipua & alia-

rum provinciæ civitatum quaſi Matre,

in qua Archiepifcopus reſidere conſuevit, can. De bis 13. diſt. 12. Glosſa in

V. cit. V. A menſura & cit. Tholofan.

cap. 10. n. 4.

Quantumvis autem Archiepifco- 48.

pus, ſicut Patriarchis & Primatibus non

minor, ſic aliis Epifcopis non major ſit

quoad Ordinem & Characterem ſpiritualem:

tamen, ſicut illius minor, ſi iſtō

major eft authoritate & ſpirituali po-

teſtate five jurisdictione, ſe non, ut Epiſcopi,

ad unam, ſed ad omnes totius

Provincia civitates extendente, c. Su-

per eo 22. de Cenſibus: quæ &, quid Archiepifcopo in Conciliis, in Confe-

erationibus & aliis negotiis ſuffragen- tū, cauſa eft, cur Epifcopi eius ſuf-

fraganei nuncupentur, c. Suffraganciā

11. de Eleſtione, c. 1. de Foro compet-

in 6. &c. Azor cit. Lib. 3. cap. 33. q. 5.

5. Unde

Confiderari ac diſtingui in Archie-

pifcopo potest & à DD. ſoleat authori-

tas & potestas triplex. Una, pro-

priam, five ipſi immediatè ſubjectam

Dieceſin: altera Coepifcopos, five

fux Provinciæ Suffraganeos non exem-

ptos: tertia iſtorum ſubditos ſpectans.

Vi primæ in propria sua diœcensi exercet omnia iura, quæ cæteris Episcopis, respectu suæ cuicunque diœcesis, adstruemus Articulò sequenti.

§ 50. Vi secundæ immediatus & Ordinarius superior est omnium totius Provinciae sive Archiepiscopatus sui coëpiscoporum, sive Suffraganeorum non exemptorum; ut super eorum subiectione & causarum eos concernentium cognitione jurisdictionem, præter casus specialiter exceptos, Jure communi fundatam habeat, arg. can. 1. Sc. q. 3. can. Quia cognovimus 10. q. 3. c. Pastorali 11. pr. b. ubi Glossa V. Exceptis Panormit. n. 2. & Barbosa n. 4.

§ 51. In specie autem, præter Suffraganeorum Confirmationem & Consecrationem, de Jure communi ipsi competentem, juxta dicta Tit. 6. an. 314. Archiepiscopus suffraganeis non exceptis Primo, qua ad eorum officium spectant, vg. ut subditis iustitiam administrent, Oeconomos in Ecclesiis constituent, Seminarium juxta Concilium Trident. Seff. 23. cap. 8. de Ref. erigant &c. præcipere, eosque negligentes ad illius executionem & ad residentiam, juxta ejusdem S. Synodi decretum Seff. cit. cap. 1. de Reformat. compellere, etiam per Censuras Ecclesiasticas potest, c. 1. §. fin. in 6. Sc. Venerabili 52. de Sent. excom. observata tamen formâ præscriptâ, c. Quia Pontificali 2. de Offic. deleg. in 6. & supra Tit. 29. n. 58. declarata, cit. Azor cap. 34. q. 9. §. Absolvit, Quaranta Summa Bullar. V. Authorit. Archiepisc. num. 11. & Barbosa à num. 23.

Eadem, quâ in hujusmodi Episcopum, etiam in ejus Vicarium generalem, in officio vg. administratione iustitiae negligentem autoritate pollet, & hunc ad illius executionem per censuras compellere, Archiepiscopus potest, ut ex e.

t. de Offic. Vicar. in 6. junctio r. 1. §. fin. in 6. cum Zabarella in Clement. de Pr. vileg. n. 2. defunctum est. Quaranta n. 1. & Barbosa n. 28.

Secundo, suffraganeorum negligenteriam supplet in collatione beneficiorum c. Licet 3. de Suppl. neglig. & t. Nulla, de Concess. Preb. in Oeconomorum constitutione, can. Cum simus 9. q. 3. in communicatorum abolitione, c. 1. de primendam 8. b. in executione ultimum voluntatum, secundum Panorm. in c. cit. n. 11. & eundem Barbola cap. num. 35.

Tertio, suffraganeos convocat p. testad Synodum sive Concilium Provinciale, olim quotannis bis, can. 1. Sc. dis. 18. postea singulis annis semel, can. Quiniam 6. dis. cit. & c. Sicu 27. de dñf. Novissimô autem Jure S. Synodi Trident. Seff. 24. cap. 2. de Ref. quibus trienniis congregandum; & cum ipsorum confilio & consensu statuta Provincialia codice, can. Nullus q. 3. cit.

Quarto, iidem coram Archiepiscopo convenit, tam in Criminalibus quæ Civilibus causis olim poterunt, can. c. c. Pastorali cit. pr. & c. Sollicitudin 54. de appell. Hodie vero Criminalium graviorum, tam cognitio quam definitio, reservata est sedi Apostolica. Minora autem ad Concilium Provinciale diffundenda sunt, ex dispositione Trident. cap. 24. cap. 5. de ref. Imo à cit. Barbola cap. 7. n. 46. allegatur recripum Congreg. Cardd. præpositorum negot. Episcop. 1. Maji 1588. Vi cuius Episcopi Suffraganei conveniri coram Archiepiscopo, etiam in causis Civilibus non possunt. Quod de re multum ambigit Engel. Lib. 1. §. Tit. 33. n. 38. quod, antiquo Jure spectato, Archiepiscopus cognoscere poterat de Civilibus, imo Criminalibus causis Episcoporum suffraganeorum: Trident. num. au-

num autem solas Criminales excipiat; ac proinde sibi contrariam Juris antiqui Regulam de causis Civilibus firmet, arg. I. *Quæstum 12. §. 43. ff. de Fundo i[n]fructu*, præsertim; cùm, ejus dispositio sit correc[t]oria, arg. c. *Cum expedit 29. de Elect.* in 6. & l. *Præcipitus 32. in fine C. de ap-*pell. eámque ab expressis ad non expressas & illis oppositas causas extendendi potestam penes dictam Cardd. Congregationem esse, non constet.

56. Vi terciæ Potestatis Archiepiscopus jurisdictionem Ordinarii in subditos suorum suffraganeorum, non quidem regulariter, sed certis duntaxat & Jure expressis casibus emergentibus exercet, can. Nullus g. q. 3. c. *Pastoralis pr. cit. c. 1. hic in 6. & c. 1. de Suppl. neglig. in 6.* quorum textum dispositione non obstat; quod can. 34. *Apostol. & can. Per singulas q. 3. cit.* ei jurisdictione in totam provinciam tribuatur; quia hæc ejus jurisdictione, respetu personarum immediata subjectarum Episcopis, Jure expressis, vel privilegiis aut legitimè præscriptâ consuetudine concessis casibus duntaxat exerceri potest: quod prius *citt. sanctionibus Ecclesiastis* salubriter constitutum est; ne Ecclesiasticus Ordo confundatur & cum proprio & immediato Superiore disciplina Ecclesiastica facile contempnatur, Barbosa *cit. cap. 7. n. 51.* Gonzalez *in c. Duo g. n. 4. & 11.*

57. Casuum autem Jure expressorum Primus est, quod ab Episcopi ejusque Officialis sive Vicarii generalis sententia aut gravamine ad Archiepiscopum appellatur, can. *Conquerens g. q. 3. c. Duo cit. c. 1. hic in 6. & c. Romana 3. de Appell. in 6.* De causis autem, ita ad se devolutis, et si per se aut Vicarium suum aut etiam per delegatum in propria sua vel ejus, à quo provocatum est, dicere cognoscere valeat, subditum tamen illius dioecesanum

ad causæ ad se devolutæ delegationem recipiendam invitum compellere ipse non potest: & propterea, ut compellatur, ad proprium ipsius Episcopum Suffraganeum suum recurrere, & huic, ut illum compellat, præcipere potest, c. *Pastoralis & Spr. citt. & c. 1. §. Neque de Foro comp.* in 6. ubi ratio redditur; quod hujusmodi delegatus deleganti subjectus non sit ante appellationem: & per hanc ei appellans duntaxat & appellatus subjiciantur: compulsionis autem actus, cùm sit jurisdictionis contentioæ, in subdito tantum exerceatur, *Glossa in l. Unic. V. Resedissent C. Qui pro sua jurisdictione Vivianus in c. Pastoralis cit.*

Secundus casus est, quod visitat Provinciam, c. *Sopita 14. & c. Super eo 22. de Censibus*; cùm enim tempore in suorum Suffraganeorum subditos jurisdictionem per se vel per alios exercere valet in foro interno, ipsos à peccatis etiam reservatis & censuris absolvendō, c. 1. & c. fin. cādem Rubr. in 6. Externam autem jurisdictionem exercere, vg. excommunicandō, non potest: nisi contra criminosos notorios &, procurations negando, vel alia ratione visitationem, aut ejus jurisdictionem impediens, c. 1. *de Panis in 6. Barbosa cap. cit. n. 92.*

Tertius est, quod à Suffraganeorum subditis commissa criminis notoria, etiam extra tempus Visitationis, saltem si Episcopus non prævenerit, punire, c. 1. §. *No-toria de Censib. in 6.* & pravas consuetudines per provinciam invalecentes tollere, easque frequentantes excommunicare possit, c. *Ad extirpandas 11. c. fin. de Filiis, presbyt. & c. Ex frequentibus 3. de Institut.* saltem, si in eo suffraganei sint negligentes, Panormit. *in c. cit. n. 3. & Quaranta V. cit. n. 23.* Eosdem extra Visitationis tempus punire valet propter injurias, sibi, nuntiis, aut familiæ suæ illatas in ufo juris-

risdictionis, c. 1. de *Panis in 6. citt.* Qua-
ranta n. 23. & Barbola n. 73.

60. Quartus, cum causa Criminalis inter
Episcopum ejusque subditum clericum
agitatur; ea enim ad Concilium Provin-
cialie, cui Archiepiscopus praefidet, c. Si-
cui 27. de *Accusat.* & ubi ejusmodi
Concilia non habentur, ad hunc tanquam
immediatum judicem est deferenda, ita
tamen; ut ex causa probabili recusari, vel
ab eo appellari queat ad Papam, Laiman
de *Jurisdictione Ordinandi.* Ordin. n. 8. ad quem gravio-
ra Episcoporum crima hodie deferenda,
dictum est n. 54. Causa autem Civilis,
qua Episcopus clericum sibi subjectum
conveniret, non coram Archiepiscopo;
quia iste clerici sibi non immediate sub-
jecti judex non est: sed coram arbitris,
utriusque partis consensu eligendis, esset
expedienda, can. Si clericus 11. q. 1. à
quibus tamen, tanquam ab arbitris Juris
& necessariis, ad Archiepiscopum appelle-
lari potest, arg. c. Ab arbitris 11. de Offic.
deleg. in 6. Engel cit. Tit. 33. n. 30.

61. Quintus calus est, quod Canonici absq;
rationabili & manifesta causa cessant à
Divinis; tali enim casu ad querelam E-
piscopi eos punire & ad officium com-
pellere per censuras Ecclesiasticas Archie-
piscopus, tanquam sedis Apostolicae dele-
gatus, potest, c. Irrefragabili 13. S. Ca-
terum, Quaranta 1. cit. & Barbola n. 74.
qui plures causas dabit.

62. Sicut Archiepiscopus in suorum suf-
fraganeorum, sic etiam Primas & Patri-
archa in suorum Archiepiscoporum sub-
ditos jurisdictionem exercere nequeunt,
præterquam in causis Jure expressis: ut,
si per viam appellationis ab Archiepiscopo
causa devolvatur, & alia ex privilegio vel
Confuetudine ipsis competentes, c. Duo
q. & per ibi notata à Panormit. Laiman
& Barbola n. 6.

ARTICULUS IV.

De Episcopis.

SUMMARIUM.

63. Nominis etymon & significatio.
64. Episcopi potestas sita in generali
Diœcesanâ, ad varia se intendit
te:
65. Et *Jurisdictional*, includen-
tatem *Ordinandi* &
66. De causa Ecclesiastice cognoscendi;
67. Punienti criminosos, aliquando-
tiam Regularis & laicos;
68. Implorato, si opus sit auxilio brachii
Secularis sua diœcesis;
70. Cui vicissim suum auxilium tribu-
re tenetur;
71. Censuram ferendâ & relaxandi;
72. Diœcesin Visitandi, inserviendi u-
desituentis;
73. Leges ferendâ, in itaque bisse-
di,
74. Etiam, cum dispensari possit, in fu-
tutione Apostolica
75. Vel decretu Conciliari simpliciter
affiratur;
76. Jurisdictionem immediatâ à Christo
accipit Papa.
77. Secundum aliquos etiam Episcopi;
78. Contrarium offenditur ex SS. Literis
& Canonibus:
79. Firmatique ratione,
80. Et Solutione objectionum.
81. Episcopum Papa instar omnia non
reservata, in sua Diœcesi posse
afferentium Opinio,
82. Falsetatis convincitur ex Jure
83. Ratione,
84. Et Variorum exemplorum deli-
ctione:
85. Litt.